aduocatos illos turpiter cōfusos ad apl'os duxit. Quos cū aduocati pannosos vidissent eos in aīo contēpserunt. Quibus Symon. Sepe euenit vt intra scrinia aurea ⁊ gēmata vilia queq3 habeant̄ inclusa. ⁊ in vilissimis ⁊ ligneis capsis sint gēmarum monilia p̄ciosa ꝯposita. Quicūq3 ergo alicuius rei cupit esse possessor: nō magnopere gestatorē sed ip̄m qđ gestatur expectat. Permittite igit̄ vos ab idoloꝝ cultura discedere solū deum inuisibilē colere ⁊ adorare et nos signū crucis in vestris frontibus faciemus ⁊ ꝯfutare magos poteritis. Qđ cū fecissent ⁊ in frontib' ꝯsignati essent ad regē iteꝝ corā mag' ingressi sunt. Et cū a magis superari nō possent. imo eis corā ōmibus insultarēt. irati magi multitudinē serpētū aduenire fecerūt. Statīq3 ad iussuz regis venientes apl'i pallia sua de serpentib' implerunt ⁊ in magos ꝓiecerunt dicētes. In nomine dn̄i non moriemi. sed a serpentib' lacerati doloꝝ vestroꝝ mugitus dabitis. Cum ergo serpentes carnes eoꝝ comederēt ⁊ ipsi tanq3 lupi vlularēt. rex ⁊ ceteri rogabāt apostolos vt eos a serpentib' occidi permitterent. Quib' apostoli rn̄derunt. Nos missi sumus reducere a morte ad vitā. nō a vita precipitare in mortē. Et fc̄ā oratiōe iussert serpentibus vt omne venenū qđ infuderāt reuocarent ⁊ postmodū ad loca sua redirēt. Maiores autez cruciatus magi senserunt cū venena serpentes extraherent q3 cū ante carnes comederent. Quib' apl'i dixerūt. Tribus diebus dolores sentietis tercia vo die sani eritis. vt vel sic a vestra malicia recedatis. Cū ergo tribus diebus sine cibo ⁊ potu ac somno doloribus nimium cruciati mansissent. apostoli ad eos venientes dixerunt. Non dignatur deus habere coacta seruicia. Ideoq3 surgite sani ⁊ habentes liberam facultatē faciendi qđ vultis. Illi aūt in malicia ꝑdurantes ab eis fugerunt ⁊ pene contra eos totā babiloniā ꝯmouerunt.

Post hoc filia cuiusdā ducis ex fornicatione concepit ⁊ filiū pariens diaconem quendam sanctum infamauit q2 eā violauerit ⁊ ex illo cōcepit. Cū autē parētes puelle diaconē occidere vellēt. apl'i adueniunt ⁊ qn̄ puer natus sit requirūt. qui rn̄derunt. Hodie hora prima diei. Dixerūtq3 apl'i. Infantem huc adducite ⁊ diaconē quē accusatis etiā huc ꝑducite. Qđ cum fc̄m essz apostoli infanti dixerūt. Dic infans in noīe dn̄i si diaconus iste hoc p̄sumpsit. Ad hoc infans. Iste diaconus sc̄ūs ⁊ castus ē. nec vnq3 carnem suā coinquinauit. Cū autem parentes instarēt vt apostoli quererēt quis auctor sceleris huius fuisset. Rn̄derūt apostoli. Nos innocētes absoluere decet. nocentes ꝑdere non decet.

Tunc etiam temporis cōtigit vt due tigrides ferocissīe que in singulis caueis clause erant fugerēt ⁊ ōnes qui sibi occurrerēt deuorarent. Tūc apostoli ad eas venerunt ⁊ in noīe domini eas velut oues mansuetissimas fecerūt. Volentibus autem apostolis abinde discedere rogati per annū ⁊ tres menses ibidez remanserunt. In quo spacio plus q3 .lx. milia hoīm exceptis paruulis cū rege ⁊ principib' baptisati sunt. Predicti autem magi ad quandā ciuitatem suamar vbi erant .lxx. idoloꝝ pontifices venerūt ⁊ eos cōtra apostolos cōcitarunt vt cū illuc venissent. aut sacrificare cōpellerent aut penitus necarēt. Perlustrata igit̄ vniuersa ꝓuincia cū apl'i ad p̄dictam ciuitatez venissent. eccīe p̄dicte pontifices cū vniuerso pp'lo eos capiūt. ⁊ ad templū solis deducunt. Demones autez ꝑ energuminos clamare cepērt. Quid nobis ⁊ vobis apostoli dei viui. Ecce in ingressu vestro flāmis exurimur. Tunc angelus dn̄i apostolis apparens dixit. vnum de duobus eligite aut hoꝝ repentinum interitum aut vēm martiriū. Facto autez silentio apostoli dixerūt. Ut sciatis q2 idola hec demonibus plena sunt. imꝑamus vt exeant ⁊ singuli simulachra sua cōfringāt. Statimq3 duo ethiopes nigri ⁊ nudi cūctis stupentib' de simulachris exierūt ⁊ cōfractis illis cū diris vocib' abscesserūt. Qđ videntes